

346.

Cod. CXLVIII. CXLIX. n. 3.

IV Cod. CXLVIII.

Chartae: 4. Locc: 15716.

A
7.8.

*Antiphona,
Hymni etc.*

Continet Antiphonas ad vesperas, Responsoria, Psalmos, Hymnos, nec non Kyrie eleison, Gloria pro festis diversis, Additis notis musicis.

Cod. CXLIX.

Chartae: 4. Locc: 15.

A
7.9.

*Lib. IV de vita
S. V. Mariae car-
mine Leonino.*

1a - 134a

Libri IV de vita S. V. Mariae carmine Leonino exarati. Praecedit elenchus capitulorum, ex quo apparet in his quatuor libris describi ortum, vitam, mortem et assumptionem in coelum S. V. Mariae, cui inserta sunt infantia, gesta et feru filii Iesu, ita ut author praesentium, in describendis iisdem verberetur, quae carmine teutonico habentur Cod. XCI. Licet autem uterque poeta eandem pertractaverit materiam, multum tamen eos a se invicem differre congerenti patebit. Cumque adhuc nullum apud librorum Censores huius operis, carmine latino exarati vestigium deprehenderim, non erit agere actum, ipsum audire poetam in his, quae de scopo, ordine, ac veritate sua narrationis profert in prologis, cuius libro praemissis. Incipit

Sanctus Ephyfanus doctor veritatis
Salamine pontifex cypri civitatis

Et sanctus Ignacius verus martir dei
 Johannis discipulus filii Lebedei
 Et Johannes Damascenus qui philosophiam
 Omnem suam renovavit divinam in usiam
 De maria virgine quedam conscripserunt
 Que nobis in authenticis scriptis relinquerunt
 Retextentes breviter vitam singularis
 Virginis et genitricis regis eternalis
 Descripserunt universe vite sue statum
 Corporis et anime decus et ornatum
 Latinum in eloquium nuper hæc translata
 Reperi sed nondum adhuc scriptis propagata
 Ad laudem ergo virginis dulcissime marie
 Et Jesu dilectissimi prolis sue pre
 Illa mundo propagando scribere decrevi
 Nil licet rustico sermone tamen brevi
 Ut ipsa cum filio mei misereri
 Dignetur et a demonum laqueis tueri
 Et Jesus benignissimus matris ob honorem
 Convertere me miserum dignetur peccatorem
 Sed ex evangelis plurima collegi
 Que convertens in unum opusculum collegi
 Sanctus Dionisius arionagita
 De marie transitu scripsit ex hæc vita
 Et sanctus Juvenalis episcopus byzanti
 Cornar et Theophilus diversi quoque sancti
 Ac doctores alij de virgine scribentes
 Plurimæ fideliter exponunt nos docentes
 Que pro laude virginis marie compilavi
 Et per donum spiritus sancti consumavi
 Siquis ut apocryfum velit reprobare
 Caveat ne veritatem præsumat condemnare
 Et in locis singulis ponendi sunt auctores
 Qui sunt hujus carminis verissimi doctores
 Si qua tamen hic fortassis apocryfa ponantur
 Non idcirco per prædentes ut falsa condemnantur
 Illud autem deprecora viri literatis
 Hi si qua reperiunt que lumen veritatis

348.

Cod. CXLIX. n. s.

(a) haberi)

Excedant illa corrigant vel cadant detuncant
 Vel ut libet totum opus contempnent reprobando
 Ego quia nihil hic scribens assero
 Quera) cupiam pro falso vel pro vero
 Sed tamen per poeticum modum decantare
 Laudes volo virginis et Jesum collaudare."

Hoc finito liber incipit primus, qui complectitur
 historiam Joachimi usque ad nuntium
 Gabrielis. Prologus libro secundo praefatus
 sequens est:

Evangeliste Johannis scripta protestantur
 Quod multa signa fecerit Jesus que non scribantur
 Scriptis in authenticis per eum tamen facta
 Sunt plurima magna que nusquam sunt redacta
 In libris evangelicis qui tantum proserunt
 Tempus predicacionis ejus et scripserunt
 Virtutes et miracula que solum faciebat
 Tribus annis cum in mundo populum docebat
 Etiam nativitatem ejus describentes
 Reliqua que prius Jesus fecit obmittentes
 Ad annos vice simum nonum nil scripserunt
 De sua sanctissima vita nam si viverent
 Sufficere pro fidei confirmatione
 Quod de sua scriberent predicacione
 Tamen nullus dubitat quin Jesus multa signa
 Virtutes et miracula fecerit que digna
 Forent ad instructionem hominum scriptura
 Multisque fidelibus post hec profutura
 In adolescentia sive juventute
 Non manuit Jesus sine signis magna que virtute
 Et diversis Ergo libris diversa que collegi
 Et in unum opus filo rudissimo redegi
 Ut ex evangelio quod Nazareonum
 Vocatur et ex hoc quod est dictum hebreorum
 Quod sanctus Jeronimus scitur transtulisse
 Et nullam ibi falsitatem credimus scripsisse
 Sanctum virum, que si tum apprita dicantur
 Tamen ibi nulla falsa proposita probantur

Ad hoc et honorius in libro qui vocatur
 Speculum ecclesie mihi suffragatur
 In ecclesiastica historia beatus
 Pontifex eusebius et quidam protestatus
 Et historiographus ut sanctus egiptus
 Africanus Iosephus orofius philippus
 Scriptis suis ad hoc nobis affuerunt
 Ipsi nam de sermone illi tempore scripserunt
 Invidus non habet hic locum detrahendi
 Nam cui libet conceditur facultas ~~ad~~ corrigendi
 Librum istum vel ut placeat totum abradendi
 Daturque meis emulis licentia mordendi.

Liber Sivas a nuntio Gabrielis narrationis fi-
 lum producit usque ad praedicationem Joannis
 Baptistae in deserto. Textus prologi tenor est:

Matheus Marcus atque Lucas isti tres scribentes
 Gesta Jesu tacuerunt quaedam obmittentes
 Virtutes et miracula que fuit operatus
 Sicut Jesus sic est aperte protestatus
 Liber evangelicus Joannis Zebedei
 Quem scripsit annis plurimis post mortem filii dei
 Sicut hoc miraculum de Perus vitato
 Catano nec non ab aqua vino commutato
 Multaque similia que scripto sunt obmissa
 A Joanne sed fuerunt a seque obmissa
 Sed adhuc de Jesu plura scripta reperimus
 Que nos in evangelis nunquam invenimus
 Sicut illud quod beatus scripsit se comprobatur
 Pontifex eusebius in libro qui vocatur
 Sic ecclesiastica historia de rege
 Abgaro, tunc edessenam qui vixit sua lege
 Christolam qui domino pro morbo suo scripsit
 Ipsi quoque Jesus Christus epistolam scripsit
 Insuper apostolus paulus manifeste
 Assentit Epistola Corinthiorum teste
 Quod Jesus apparuit post resurrectionem
 Jacobo per singularem apparitionem
 Et quingentis fratribus simul congregatis
 Scribit hunc apparuisse cum humanitatis
 Forma, nunc pro veritate recitantur ista

350

Cod. CXLIX. n. 2.

Quamvis nullus scripserit haec evangelista
 Igitur / delinquere nichil contra deum
 Me spero / sed propositum et benignum eum
 Habiturum ^{fieri} pro laude nominis ipsius
 aliqua conscripsero, quae tamen erant prius
 Ab aliis doctoribus autem divulgata
 Et in libris authenticis commendata
 Illud autem deprecor a viris literatis
 Ut hic, si qua repererint quae viam veritatis
 Excedant illa corrigant vel penitus abradant
 Vel si placet totum librum combustioni tradant
 Sic invidus non habet hic locum detrahendi
 Nec emulus inveniet causam hic mordendi
 Nam cui libet conceditur potestas corrigendi
 Librum istum vel si placet totum abradendi.

Liber tertius historiam pertinet a predicatione
 Joannis in deserto usque ad Christi resurrex-
 tionem. Prologus libri quarti est:

Ecclesia catholica nequaquam universa
 Respuit apocrypha quia per diversa
 Loca sacre paginae multa reperimus
 Quae quamvis apocrypha tamen ea scimus
 Esse vera quia sunt a sanctis approbata
 Et in libris authenticis scriptis commendata
 Ut est liber Daniel et machabeorum
 Ruth et liber iudicum et plurima sanctorum
 Passiones quae per omnem ecclesiam leguntur
 Tamen haec apocrypha fore referuntur
 Ad laudem ergo virginis dulcissime Mariae
 Atque Jesu filii Dei prolis Iue prole
 Si aliqua conscripsero quae tamen in diversis
 Sanctorum libris reperi et ex universis
 Unum opus compilatum nichil obsistere
 Me spero sed quod gratiam ejus impetrare
 Debeam quae nobis est semper collaudanda
 Sicut virgo marianum prole veneranda

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 149

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 351.

Cod. CXLIX. n. J.

351.

Viris ergo litteratis hunc libellum transmitto
 Suppliciterque deprecans ipsi hoc comito
 Ut hic si qua repererint que meta veritatis
 Ceedant nec non aliquid inpetet /²/ falsitatis
 Precidant hoc vel deleant vel tradant comburere
 Vel placitum si fuerit remittant correcturæ
 Sic invidis precluditur via detrahendi
 Et tollitur ab amulis occasio mordendi.

Tum author libro hoc quarto narrationem
 suam de B. V. M. ad finem usque perducit
 Inventa quoque sunt huic operi soliloquium,
 seu dialogus B. V. Mariam inter et eius fili-
 um, epistola Christi ad Abgarum, Mani-
 ad Ignatium, et hujus ad illam, altera in ru-
 per ad Joannem Evangelistam; frequentes quo-
 que adnotationes in margine, fonte, unde huc
 verit author, et historiam illustrantes. In
 fine operis legitur: "Explicit liber de vita
 et prorsus venerande et laudande gloriose
 et speciose diligende et metuende venerabi-
 lis et amabilis Virginis Marie que cum Jeru-
 filio suo sit semper benedicta A mea. Scrip-
 tum per fratrem Cholomanum Anno dō 1444.
 /: 1444. / Deo gracias."

f. 135r

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 149

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 352.

357.

Cod. CXLIX. n. 2.

[Faint, mostly illegible handwritten text in a large central block, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Sermo de di-
lectione Dei

137a-140b

2

Sermo de dilectione Dei. Incipit: *Respice
 gressus meos in semitis tuis. ps. 16. Reveren-
 di patres, ac fratres mei prestantissimi. Di-
 cet Magister Sententiarum etc. 11*

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 149

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27481

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)